

PA 6191

56

1852

V. 3



NOTICIA DE LA VIDA Y ESCRITOS

DE PUBLIO TERENCE AFRICANO.

Publio Terencio Africano nació en Cartago, y en los primeros años de su niñez, haciendo los Numidas diferentes correrías contra los Cartagineses, en una de ellas le llevaron cautivo á Roma, en donde le vendieron á un Romano senador llamado Terencio Lucano, el cual, movido de su grande ingenio y hermosura, no solo le hizo criar y educar con el mayor cuidado en las artes y ciencias, sino que antes de tiempo le dió la libertad. Púsole su mismo nombre de Terencio, por la costumbre que tenían los Romanos de que el liberto tomase el nombre de su libertador. Por su grandísima erudicion se ganó el cariño de Escipion y de Leio, de cuyo auxilio se valió para escribir sus comedias. Tuvo tambien mucha familiaridad con Estacio Cecilio, á quien tuvo por censor de sus escritos. Escribió seis comedias, trasladándolas de Apolodoro y Menandro, poetas griegos, al latin con tanta propiedad y hermosura, que por ellas es alabado prodigiosamente de todos los eruditos. Es singularísimo en la pintura de las costumbres y en la descripcion del carácter de las personas, que es lo que se llama decoro, en lo cual se lleva la palma entre todos los escritores. Daniel Heinsio dice que entre todos los poetas fué el que entendió mejor lo que es decoro, y casi el único que expresó divinamente todas las observaciones que sobre este punto hace Aristóteles en el segundo libro de las Costumbres, y por último, concluye su alabanza con las siguientes pala-

bras : *a cujus elegantia, venustate, lepore, quò quis longius abest, eò minus cum urbanitate commercii habet.* Despues de haber escrito sus comedias, que son las que andan en manos de todos, llevado del deseo de ver á Atenas se embarcó, y no se volvió á saber de él, por lo que se cree que padeció naufragio.



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

ARGUMENTO.

Cremes, vecino de Atenas, hallándose pobre y su mujer embarazada, le habia mandado que si paria hija no la criase, sino que la abandonase. Sostrata, su mujer, temiendo las amenazas del marido, y enternecida del maternal amor, ni la crió ni consintió abandonarla, sino que la dió á criar á una extranjera natural de Corinto. Siendo ya doncella crecida, la comenzó á querer mucho un hijo único de Menedemo, llamado Clinia, mas con amor honesto que mal intencionado. Entendiéndolo pues su padre Menedemo, comenzó tan de veras á reñirle, que el mancebo, no pudiendo sufrir el enojo del padre, se fué á ser soldado. Lo cual cuando su padre lo supo lo sintió tanto, que vendió toda la hacienda y alhajas de casa, y compró una huerta con una casa de campo, donde se afanaba trabajando hasta que viese volver á su hijo sano y salvo de la guerra. Mas el joven Clinia, no pudiendo sufrir la ausencia de Antifila, al cabo de tres meses volvió á Atenas, y se fué á aposentar á casa de Cremes, el cual era vecino de Menedemo, y ya estaba muy rico, y tenia un hijo llamado Clitifon, el cual con este Clinia tenia muy estrecha amistad, porque á casa de su padre no se atrevió á ir por temor; y avisó á Antifila de su venida, rogándola que viniese luego adonde él estaba. Pero Siro, criado de Clitifon, por dar gusto á su señor, trajo á Baquis, so color de amiga de Clinia, á casa de Cremes. Entendiendo esto Cremes, avisa á Menedemo de la venida de su hijo, y descubierta la verdad de todo el caso, da su hija por mujer á Clinia, á la cual conoce por un anillo con que fué expuesta, y á Clitifon le obliga á que, dejada Baquis, se case.

Representóse esta comedia en las fiestas Megalenses, siendo ediles curules Lucio Cornelio Léntulo y Lucio Valerio Flaço. Representáronla Ambivio Turpion y Lucio Atilio Prenestino. La música la hizo Flaco, hijo de Claudio. La primera vez se representó con flautas desiguales, y despues con dos derechas. Tres veces se representó, y salió despues á luz siendo cónsules Marco Juvencio y Tito Sempronio.

COMEDIA

DE PUBLIO TERENCEO AFRICANO

INTITULADA

EL HEAUTONTIMORUMENOS,

Ó EL QUE SE ATORMENTA Á SÍ MISMO.

PERSONAS QUE HABLAN EN ELLA

Y CARACTÉRES DE LAS PRINCIPALES.

MENEDEMO, viejo de corto talento para gobernar su familia, y extremado en todo: primero riguroso, y despues demasiado condescendiente con su hijo.

CLINIA, que teme á su padre, y es fiel en el cariño.

CREMES, viejo de bastante juicio y consejo, pero mas prudente para dirigir los asuntos de otros que los suyos; padre de

CLITIFON, mancebo muy fogoso y sensible.

ANTIIFILA, hija tambien de Cremes, obsequiosa y cariñosa.

SOSTRATA, mujer de Cremes, muy obediente á su marido, pero demasiado benigna con los hijos.

BAQUIS, ramera orgullosa, y muy diestra en las malas mañas de las de su oficio.

SIRO, esclavo muy soñapado, sagaz y astuto para urdir tramias.

DROMON, esclavo de cortísimo talento.

FRIGIA, criada.

UNA AYA, vieja.

C. SULPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

(Trimetri.)

In militiam proficisci gnatum Cliniam,
Amantem Antiphilam, compulit durus pater:
Animique sese angebat, facti pœnitens.
Mox ut reversus est, clam patre divortitur
Ad Clitiphonem: is amabat scortum Bacchidem.
Cum arcesseret cupitam Antiphilam Clinia,
Ut ejus Bacchis venit amica, ac servolæ
Habitum gerens Antiphila: factum id, quò patrem
Suum celaret Clitipho: hic technis Syri
Decem minas meretriculæ aufert a sene.
Antiphila Clitiphonis reperitur soror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.

INTERPRETACION. *Periocha*, compendio. *Durus pater*, el riguroso padre. *Animique sese*, y arrepentido de aquel hecho, era su sentimiento á par del alma. *Clam patre*, sin que su padre lo sepa va á aposentarse en casa de Clitifon. *Quò patrem suum*, para ocultar Clitifon esto á su padre. *Hic technis*, este Clitifon con las mañas de Siro le sonsaca al viejo Cremes diez minas.

NOTAS. *Decem minas aufert*. La mina ática era una moneda cuyo valor era de cien draemas; cada draema valia diez sueldos, y no pesaba mas que un escrúpulo de plata; por lo que cada mina valia como unos

416 reales y 46 maravedises de nuestra moneda. Y así las diez minas componen la suma de 4164 reales y 24 maravedises, que fué lo que Clitifon sonsacó al viejo Cremes.

PROLOGUS.

(Trimetri omnes.)

Ne cui vestrum mirum, cur parteis seni

INTERPRETACION. *Parteis*, el papel...

NOTAS. *Parteis*. Tórnase esta palabra papel entre los farsantes por el oficio y carácter de las personas del drama, que cada uno de los actores tiene que representar; así, *primas*, *secundas*, *tercias partes*

agere, es hacer el primero, el segundo ó el tercer papel: ó como vulgarmente se dice en castellano, primero, segundo ó tercer galán.

Seni. El prólogo debía contar el argumento de la fábula, lo cual

Poeta dederit, quæ sunt adolescentium,
 Id primùm dicam; deinde, quod veni, eloquar.
 Ex integrâ Græcâ integram comœdiam
 Hodie sum acturus, Heautontimorumenon,
 Duplex quæ ex argumento facta est simplici.
 Novam esse ostendi, et quæ esset: nunc, qui scripserit,
 Et cuja Græca sit, ni partem maximam
 Existimarem scire vestrum, id dicerem.
 Nunc, quamobrem has parteis didicerim, paucis dabo.
 Oratorem voluit esse me, non prologum:
 Vestrum iudicium fecit: me actorem dedit.
 Sed hic actor tantum poterit a facundiâ,
 Quantum ille potuit cogitare commodè,
 Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum.
 Nam quòd rumores distulerunt malevoli,
 Multas contaminasse Græcas, dum facit
 Paucas Latinas, factum hic esse id non negat,
 Neque se id pigere: et deinde facturum autumat.

Heautontimorumenon, la comedia intitulada El que se atormenta á sí mismo. *Et cuja*, y de qué autor griego. *Quamobrem*, diré en breves palabras porqué he aprendido este papel. *Oratorem voluit*, el poeta ha querido que yo hiciese el oficio de orador y no de prólogo (esto es, el poeta ha querido mas bien que yo saliese á defenderle de los dichos que Lucio Lavinio y sus adversarios han esperecido contr. él, que á daros una noticia del argumento del drama, ó á alabar á su autor). *Vestrum iudicium*, á vosotros os ha nombrado por jueces. *Sed hic actor*, pero este abogado no hará mas con su elocuencia de lo que pudo trazar oportunamente, etc. *Contaminasse*, que salpicó. *Autumat*, piensa...

nunca hacen los prólogos de Terencio. Este contiene dos partes, la primera porqué el anciano L. Ambivio le representaba, y la segunda una defensa de esta comedia.

Ex integrâ, Terencio tradujo esta comedia del poeta griego Menandro.

Duplex quæ, Terencio dobló los personajes; esto es, dos viejos, dos mozos, etc., y Menandro no introduce sino uno de cada clase.

Sed hic actor, en este verso y en los dos siguientes da á entender el

poeta, en nombre del que introduce hablando, cuánto contribuye á hacer gustosa una comedia la viva representacion de ella; como si dijera: aunque la invencion del poeta es en extremo artificiosa, y el lenguaje en tanto grado acomodado á las personas, que ninguna cosa mas elegante se puede imaginar, el representante la expresará con tal esmero en la pronunciacion y en los ademanes, que la ha de hacer mas gustosa y mas sobresaliente.

Habet bonorum exemplum; quo exemplo sibi
 Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
 Tum quod malevolus vetus poeta dicitur,
 Repentè ad studium hunc se applicasse musicum,
 Amicum ingenio fretum, haud naturâ suâ,
 Arbitrium vestrum, vestra existimatio
 Valebit. Quam ob rem omnes vos oratos volo,
 Ne plus iniquum possit quam æquum oratio.
 Facite æqui sitis: date crescendi copiam,
 Novarum qui spectandi faciunt copiam
 Sine vitiiis: ne ille pro se dictum existumet,
 Qui nuper fecit servo currenti in viâ
 Decesse populum: cur insano serviat?
 De illius peccatis plura dicet, cum dabit
 Alias novas, nisi finem maledictis facit.
 Adeste æquo animo, date potestatem mihi,
 Statariam agere ut liceat per silentium:

Habet bonorum, tiene el ejemplo de buenos poetas. *Tum quod, etc.*, el órden es: *tum (id est, deinde)*, *arbitrium vestrum, vestra existimatio valebit (id est, in eo)*, *quod malevolus poeta vetus dicitur hunc fretum ingenio amicum (id est, amicorum)*, *haud naturâ suâ applicasse se repentè ad studium musicum*. Y cuanto á lo que el malicioso poeta rancio anda diciendo, que este, confiado mas de la habilidad de sus amigos que de la suya, se ha dedicado de repente al estudio de la poesia, vuestro juicio y buena opinion prevalecerá. *Ne plus iniquum*, que no puedan mas los dichos de los malos que los de los buenos. *Date crescendi copiam, etc.*, dad lugar á que tome aumento la fama de aquellos que, etc. *Ne ille existumet*, para que no piense Lavinio. *Qui nuper*, que representó, no ha mucho, que el pueblo hacia lugar á un esclavo que iba corriendo por la calle. *De illius*, de los yerros de Lavinio. *Statariam agere*, representar una comedia sosegada...

Bonorum, estos buenos poetas eran Nervio, Plauto, Enio y otros poetas cómicos, á cuya imitacion le parecia podia hacer lo mismo.

Qui nuper, en este lugar reprende Terencio el gran defecto del decoro, en que Lavinio habia incurrido en una comedia que compuso, introduciendo en ella un esclavo furioso, y que iba corriendo desatinado por las calles.

Statariam agere. Llamen estata-

ria á la comedia en que los circuns-
 tantes están con mucho sosiego y
 gusto oyendola representar hasta
 que se concluye, sin oponerse á ella;
 y otros por estataria entienden la
 comedia que no contiene en sí gran-
 des movimientos, ni manifiesta ve-
 hementes afectos. La comedia se di-
 vidia entre los Romanos en estataria,
 motoria, y mista de las dos. La es-
 tataria es la que queda explicada; la
 motoria es aquella en la que con-

Ne semper servus currens, iratus senex,
 Edax parasitus, sycophanta autem impudens,
 Avarus leno, assidue agendi sint mihi
 Clamore summo, cum labore maxumo.
 Meâ causâ, causam hanc justam esse, animum inducite,
 Ut aliqua pars laboris minuatur mihi.
 Nam nunc novas qui scribunt, nihil parcunt seni:
 Si qua laboriosa 'st, ad me curritur:
 Sin lenis est, ad alium defertur gregem.
 In hac est pura oratio: experimini
 In utramque partem ingenium quid possit meum.
 Si nunquam avarè pretium statui arti meæ,
 Et eum esse quæstum in animum induxi maxumum,
 Quàm maxumè servire vestris commodis;
 Exemplum statuite in me, ut adolescentuli
 Vobis placere studeant potiùs, quàm sibi.

Edax, un truhan gloton. *Sycophanta impudens*, un calumniador desvergonzado. *Animum inducite*, persuadios por amor mio. *Sin lenis*, pero si es fácil de representar. *Ad alium gregem*, á otra compañía de comediantes. *In utramque partem*, en ambos géneros de comedias (esto es, en las estatarias y en las motorias). *Statuete*, ponedme á mí por ejemplo.

curren muchas inquietudes y turbulencias, alborotos y discordias, etc.; y la mista es aquella que participa del sosiego y tranquilidad de la estataria, y del desasosiego de la motoria. Esta comedia dice el poeta que es estataria, como tambien lo es la Cistelaria de Plauto, motoria el Anfitrión del mismo, y mista el

Eunuco de Terencio.

Meâ causâ, pide el actor ó representante que se le aplique mas bien á las comedias estatarias que á las motorias, por ser él ya un pobre viejo, con quien en esta parte se debía condescender.

Ad alium gregem, llama á esta compañía rebaño por desprecio.

ACTUS PRIMI

SCENA I.

CHREMES. MENEDEMUS.

C. Quanquam hæc inter nos nupera notitia admodum 'st,
 Inde adeò, quod agrum in proximo hic mercatus es,
 Nec rei ferè sanè amplius quidquam fuit;
 Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
 Quod ego in propinquâ parte amicitia puto,
 Facit, ut te audacter moneam, et familiariter;
 Quod mihi videre præter ætatem tuam
 Facere, et præter quàm res te adhortatur tua.
 Nam, proh Deum atque hominum fidem! quid vis tibi?
 Aut quid quæris? annos sexaginta natus es,
 Aut plus eo, ut conjicio: agrum in his regionibus
 Meliorem, neque preti majoris nemo habet:
 Servos complureis: proinde quasi nemo siet,
 Ita tute attentè illorum officia fungere.
 Nunquam tam manè egredior, neque tam vesperi
 Domum revortor, quin te in fundo conspicer
 Fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique
 Nullum remittis tempus, neque te respicis.
 Hæc non voluptati tibi esse, satis certò scio.
 At enim dices: Me, quantum hic operis fiat, pœnitet.
 Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
 Si sumas in illis exercendis, plus agas.

INTERP. *Nupera notitia*, es muy reciente nuestro conocimiento: ha muy poco que nos conocemos. *Inde adeò*, que es desde que compraste. *Nec rei*, y casi no la habido entre nosotros mas particular trato que este. *In propinquâ*, lo que tengo por una cercana manera de amistad. *Et præter quàm*, y aun mas de lo que pide tu hacienda. *In fundo*, en tu campo. *Neque te*, ni miras por tu salud. *At enim*, pero me dirás: me pesa de la hacienda que aquí se hace. *Si sumas*, si la diligencia que pones en trabajar la empleases en ejercitarlos á ellos en el trabajo...

NOTAS. *Quanquam*. Cremes habla al viejo Menedemo, que estaba muy afanado en el trabajo del campo, y pretende saber de él la causa que tiene para darse mala vida, no siendo aquel trabajo ya propio de su edad. Menedemo responde que la

causa de su aflicción es el habérsele escapado su hijo Clinia, á quien siente entrañablemente haber dado motivo para que se saliese de su casa por las graves reprensiones que le daba por la demasiada familiaridad que con Antifila tenia.

M. Chreme, tantumne est ab re tuâ otii tibi,
 Aliena ut cures, eaque, nihil quæ ad te attinent?
C. Homo sum : humani nihil a me alienum puto.
 Vel me monere hoc, vel percontari, puta :
 Rectum est? ego ut faciam : non est? te ut deterream.
M. Mihi sic est usus : tibi ut opus facto est, face.
C. An cuiquam est usus homini, se ut cruciet? *M.* Mihi.
C. Si quid laboris est, nollem : sed quid istuc mali est?
 Quæso, quid de te tantum meruisti? *M.* Eheu!
C. Ne lacruma, atque istuc, quidquid est, fac me ut sciam :
 Ne retice : ne verere : crede inquam mihi,
 Aut consolando, aut consilio, aut re juvero.
M. Scire hoc vis? *C.* Hac equidem causâ, quâ dixi tibi.
M. Dicitur. *C.* At istos rastros interea tamen
 Depone : ne labora. *M.* Minimè. *C.* Quam rem agis?
M. Sine me, vacivom tempus ne quod duim mihi
 Laboris. *C.* Non sinam, inquam. *M.* Ah! non æquum facis.
C. Hui! tam graves hos, quæso? *M.* Sic meritum'st meum.
C. Nunc loquere. *M.* Filium unicem adolescentulum
 Habeo : ah! quid dixi habere me? imò habui, Chreme :
 Nunc habeam, necne, incertum'st. *C.* Quid ita istuc! *M.* Scies.
 Est e Corintho hic advena anus paupercola :
 Ejus filiam ille amare cœpit perditè,
 Propè jam ut pro uxore haberet : hæc clam me omnia.
 Ubi rem rescivi, cœpi non humanitus,
 Neque ut animum decuit ægrotum adolescentuli,
 Tractare : sed vi et viâ pervolgatâ patrum.
 Quotidie accusabam : « Hem, tibi ne hæc diutius

Tantumne, tan desocupado estás de tus cosas, etc. *Rectum est*, para hacerlo yo tambien, si es bueno, y sino, para disuadirte de ello. *Usus*, me conviene. *Quid de te?* ¿qué mal tan grande has cometido contra tí? *Eheu*, ¡ay desdichado de mí! *Ne verere*, no tengas empacho. *At istos*, pero entretanto deja esos rastrillos, no trabajes. *Vacivom tempus*, no quiero tener hora libre de trabajo. *Hui! tam graves?* fuego! y dime por tu vida, ¿esos rastrillos tan pesados llevas? *Advena anus*, vieja forastera. *Cœpi non*, empecé á tratarle, no con benignidad, ni como convenia al ánimo apasionado del jóven, sino con rigor, y por la via ordinaria de los padres (esto es, teniendo á raya á sus hijos)...

Face, en lugar de *fac vel facito*.
Eheu, interjeccion del que tiene
 atravesado el corazón de senti-

miento.
Vacivom, en lugar de *vacuum*.
Duim, en vez de *dem*.

Licere speras facere, me vivo patre,
 Amicam ut habeas propè jam in uxoris loco?
 Erras, si id credis, et me ignoras, Clinia.
 Ego te meum esse dici tantisper volo,
 Dum, quod te dignum'st, facies : sed si id non facis,
 Ego, quod me in te sit facere dignum, invenero.
 Nullâ adeò ex re istuc fit, nisi ex nimio otio.
 Ego istuc ætatis non amori operam dabam :
 Sed in Asiam hinc abii propter pauperiem ; atque ibi
 Simul rem, et belli gloriam armis repperi. »
 Postremò adeò res rediit : adolescentulus
 Sæpe eadem, et graviter audiendo, victus est :
 Putavit me, et ætate et benevolentia
 Plus scire et providere, quàm se ipsum sibi :
 In Asiam ad regem militatum abiit, Chreme.
C. Quid ais! *M.* Clam me profectus, menses treis abest.
C. Ambo accusandi : etsi illud inceptum tamen
 Animi est pudentis signum, et non instrenui.
M. Ubi comperi ex iis qui ei fuere conscii,
 Domum revortor mœstus, atque animo ferè
 Perturbato atque incerto præ ægritudine.
 Assido, accurrunt servi, soccos detrahunt :
 Video alios festinare, lectos sternere,
 Cœnam apparare : pro se quisque sedulo
 Faciebat, quò illam mihi lenirent miseriam.
 Ubi video hæc, cœpi cogitare : « Hem! tot meâ
 Solius solliciti sunt causâ, ut me unum expleant?
 Ancillæ tot me vestiant? sumptus domi
 Tantos ego solus faciam? sed gnatum unicum,
 Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,
 Quòd illa ætas magis ad hæc utenda idonea'st,
 Eum ego hinc ejeci miserum injustitiâ meâ!
 Malo quidem me dignum quovis deputem,

Ego te, yo en tanto quiero que te precies de ser mi hijo. *Postremò adeò*, por último vino á parar el caso. *Victus est*, cedió á mis reprensiones. *Ambo accusandi*, uno y otro sois dignos de reprehension. *Animi pudentis*, de hombre de vergüenza y nada cobarde. *Soccos detrahunt*, quitanme los zuecos. *Hem! tot meâ*, ¡como! tantos han de estar con cuidado por solo mi respeto. *Me unum*, para contentarme á mi solo. *Injustitiâ meâ*, por mi excesivo rigor. *Deputem quidem*, téngame yo por digno de cualquier castigo...

Si id faciam; nam usque dum ille vitam illam colet
 Inopem, carens patriâ ob meas injurias,
 Interea usque illi de me supplicium dabo,
 Laborans, quærens, parcens, illi serviens. »
 Ita facio prorsus: nihil relinquo in ædibus,
 Nec vas, nec vestimentum: corrasî omnia;
 Ancillas, servos (nisi eos, qui opere rustico
 Faciundo, facîle sumptum exercerent suum)
 Omnes produxi ac vendidi: inscripsi illico
 Ædeis: mercedem quasi talenta ad quindecim
 Coegi, agrum hunc mercatus sum, hic me exerceo.
 Decrevi tantisper me minis injuriæ,
 Chreme, meo guato facere, dum fiam miser:
 Nec fas esse ullâ me voluptate hic frui,
 Nisi ubi ille huc salvos redierit meus particeps.
 C. Ingenio te esse in liberos leni puto,
 Et illum obsequentem, si quis rectè aut commodè
 Tractaret: verùm neque tu illum satis noveras,
 Nec te ille: hoc ibi fit, ubi non verè vivitur.
 Tu illum, nunquam ostendisti quanti penderes,
 Nec tibi ille'st credere ausus, quæ est æquum patri.
 Quod si esset factum, hæc nunquam evenissent tibi.
 M. Ita res est: fateor, peccatum a me maximum est.
 C. Menedeme, at porrò rectè spero, et illum tibi
 Salvum affuturum esse hic confido propediem.
 M. Utinam Dî ita faxint! C. Facient; nunc si commodum est,

Usque illi, le he de dar de mí entera venganza. *Parcens*, ahorrando, ganando para él. *Corrasî omnia*, todo lo dejé limpio. *Nisi eos, qui*, sino los que podían ganar su vida sin mucha costa mia trabajando en la labranza. *Omnes produxi*, á todos los saqué á vender. *Inscripsi illico*, puse al punto cédula de alquiler á la casa. *Mercedem*, recogí de paga al pié de quince talentos. *Hic me exerceo*, aquí me afano. *Decrevi*, me ha parecido que es tanto menor el agravio que hago á mi hijo, etc. *Nisi ubi*, hasta que aquel mi heredero vuelva acá salvo. *Obsequentem*, y él dócil si se le trataba bien, ó como convenia. *Ubi non verè*, cuando no se vive con franqueza, cuando no hay confianza entre hijo y padre. *Quanti penderes*, cuanta estimacion hacias de él. *Credere*, confiar. *Peccatum*, muy grande es el error que he cometido. *Si commodum est*, si gustas ó si tienes proporcion...

Talenta, dos especies de talentos habia, uno de plata y otro de oro. El de plata valia sesenta minas, ó doce mil reales; y el de oro valia

por diez talentos de plata, y por consiguiente ciento y veinte mil reales.

Dionysia hic sunt hodie: quod me sis volo.
 M. Non possum. C. Cur non? quæso, tandem aliquantulum
 Tibi parce: idem absens facere te hoc volt filius.
 M. Non convenit, qui illum ad laborem impulerim,
 Nunc me ipsum fugere. C. Siccine est sententia?
 M. Sic. C. Bene vale. M. Et tu. C. Lacrumas excussit mihi,
 Miseretque me ejus: sed, ut diei tempus est,
 Monere oportet me hunc vicinum Phanium,
 Ad cœnam ut veniat: ibo, visam, si domi est.
 Nihil opus fuit monitore: jamdudum domi
 Præsto apud me esse aiunt: egomet convivas moror.
 Ibo adeò hinc intrò: sed quid crepuerunt fores
 Hinc a me? quisnam egreditur? huc concessero.

Dionysia hic, aquí son las fiestas de Baco. *Quæso*, por tu vida que algun tanto te vayas á la mano en el trabajo. *Me ipsum*, que yo mismo huya del trabajo. *Siccine est?* ¿así es tu determinacion? *Sed ut*, pero puesto que aun hay algo de dia. *Huc concessero*, haréme hácia acá.

Dionysia, los latinos las llamaban fiestas *Bacchanalia* y *Liberalia*, de *Bacchus* y *Liber*, que significan lo mismo.
Monitore, los Griegos y Romanos llamaban *monitores* y *vocatores* á

los que iban en nombre de sus amos á convidar á cenar.
Convivas moror, era accion muy grosera entre los antiguos hacer esperar á los convidados.

SCENA II.

CLITIPHO. CHREMES.

CL. Nihil adhuc est quod vereare, Clinia: haudquaquam etiam cessant,
 Et illam simul cum nuntio tibi hic ego affuturam hodie scio.
 Proin tu sollicitudinem istam falsam, quæ te excruciat, mittas.

Nihil adhuc, nada tienes aun de que recelarte, Clinia, que todavía no se detienen mucho...

Nihil adhuc est, estas palabras se las dice Clitifo á Clinia al tiempo de salir á la escena á hablar con el viejo Cremes. Porque Clinia, como acababa de llegar de Asia, andaba muy solícito de ver á

Antifila, que al marcharse habia dejado en Atenas. Da cuenta Clitifo á Cremes su padre de la venida de Clinia. Cremes prescribe á su hijo el modo de vivir, tomando el ejemplo que mas provechoso le sea.

ACTUS SECUNDI

SCENA I.

CLITIPHO.

Quàm iniqui sunt patres in omnes adolescentes iudices?
 Qui æquom esse censent nos jam a pueris illico nasci senes,
 Neque illarum affines esse rerum, quas fert adolescentia.
 Ex suâ libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit.
 Mihi si unquam filius erit, næ ille facili me utetur patre:
 Nam et cognoscendi, et ignoscendi dabitur peccati locus:
 Non ut meus, qui mihi per alium ostendit suam sententiam.
 Perii! is mihi, ubi adbibit plus paulò, sua quæ narrat faci-
 nora!
 Nunc ait: « Periculum ex aliis facito, tibi quid ex usu siet. »
 Astutus! næ ille haud scit, quam mihi nunc surdo narret fa-
 bulam:
 Magis nunc me amicæ dicta stimulant: « Da mihi, atque adfer
 mihi. »
 Cui quid respondeam nihil habeo, neque me quisquam est
 miserior.
 Nam hic Clinia, etsi is quoque suarum rerum satagit, attamen
 Habet bene ac pudicè eductam, ignaram artis meretriciæ;
 Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis.

Neque esse, y que no participemos de aquellas cosas. *Ex suâ*, todo lo gobiernan conforme al capricho que ahora tienen, no al que tuvieron. *Næ ille*, ciertamente experimentará en mí un benigno padre. *Perii!* triste de mí! *Astutus!* (ironia) necio! *Næ ille*, por cierto que no sabe él, como el decirme eso ahora es contar un cuento á un sordo. *Bene eductam*, criada bien y honestamente. *Potens*, la mia es gran señora, atrevida, de rompe y rasga, gastadora, de mucho fausto...

Quàm iniqui iudices, en este monólogo ó soliloquio se queja Clitifo del consejo de su padre; pero sin razon, pues el tal jóven no da á entender una conducta arreglada. Es cierto que *son injustos jueces los padres que quieren que los jóvenes tengan las virtudes que son propias de la vejez*, pero mas injustos son los jóvenes que piensan deben sus padres y maestros con-

descender y fomentar sus vicios y desarreglos.

Næ ille, con esta expresion da á entender Clitifo el poco aprecio que hace de los consejos de su padre, diciendo son para él como los cuentos que se cuentan á los sordos, siendo la peor sordera la de un hijo que no quiere dar oídos á los consejos y exhortaciones de su padre.

Tum, quod dem ei, rectè est: nam nihil esse mihi, religio est dicere.
 Hoc ego mali non pridem inveni: neque etiamdum scit pater.

Rectè est, nada tengo. *Religio*, pero tengo miedo de decir.

Rectè est, los antiguos decian *rectè* por *nihil*, en señal de buen agüero.

Religio, esta palabra tiene entre los latinos el mismo significado que *metus*.

SCENA II.

CLINIA. CLITIPHO.

CLIN. Si mihi secundæ res de amore meo essent, jamdudum scio,
 Venissent: sed vereor, ne mulier, me absente hinc, corrupta sit.
 Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant:
 Locus, occasio, ætas, mater, cujus sub imperio est, mala:
 Cui nihil jam præter pretium dulce est. *CLIT.* Clinia. *CLIN.*
 Hei misero mihi!
CLIT. Etiam caves, ne videat fortè hinc te a patre aliquis exiens.
CLIN. Faciam: sed nescio quid profectò mihi animum præsa-
 git mali. [siet?
CLIT. Pergin' istuc prius dijudicare, quàm scias quid veri
CLIN. Si nihil mali esset, jam hic adessent. *CLIT.* Jam ad-
 runt. *CLIN.* Quando istuc erit.
CLIT. Non cogitas hinc longulè esse? et nosti mores mulie-
 rum:
 Dum moliantur, dum comuntur, annus est. *CLIN.* O Clitipho,
 Timeo. *CLIT.* Respira: eccum Dromonem cum Syro, unâ
 adsunt tibi.

Si res, si las cosas de mi amor me saliesen bien. *Animum*, que me hacen acrecentar esta sospecha. *Pergin'?* ¿porqué juzgas antes de saber la verdad? *Dum moliantur*, mientras se adornan y atavian se pasa un año. *Respira*, vuelve en tí. *Eccum Dromonem*, hé aquí á Dromon.

Si mihi, Clinia está impaciente por no haber visto á Antifila: sospecha que la hayan echado á perder.

SCENA III.

SYRUS, DROMO, *servi*. CLINIA. CLITIPHO.

S. Ain'tu? D. Sic est. SY. Verum interea dum sermones cædimus, Illæ sunt relictæ. CLIT. Mulier tibi adest : audin' Clinia? CLIN. Ego verò audio nunc demum, et video, et valeo, Clitipho. D. Minimè mirum : adeò impeditæ sunt : ancillarum gregem Ducunt secum. CLIN. Perii! unde illi sunt ancillæ? CLIT. Men' rogas? S. Non oportuit relictas : portant quid rerum! CLIN. Hei mihi! S. Aurum, vestem : et vesperascit et non noverunt viam. Factum a nobis stultè est : abi dum tu, Dromo, illis obviam; Propera : quid stas? CLIN. Væ misero mihi, quantà de spe decidi! CLIT. Quid istuc? quæ res te sollicitat autem? CLIN. Rogitas quid siet? Viden' tu ancillas, aurum, vestem? quam ego cum unâ ancillulâ Hic reliqui : unde ea esse censes? CLIT. Vah! nunc demum intelligo. S. Di boni quid turbæ est? ædes nostræ vix capient, scio. Quid comedent? quid ebibent? quid sene erit nostre miserius?

Ain'tu, ¿hablas de veras? Dum sermones cædimus, mientras nosotros venimos hablando. Et valeo, y no tengo novedad (esto es, estoy sin temor). Ancillarum, una cáfila de criadas. Portant quid! ¡cuantas cosas traen! Abi dum, vé pronto á encontrarte con ellas...

Ain'tu, en esta escena comienzan entre sí á hablar los criados, y Clinia y Clitipho aparte sobre lo que aquellos decían, y se desvanece la sospecha de Clinia de que Antifila habría sido viciada, la cual sospecha se aumenta con haber traído el esclavo la amiga de Clitipho.

Dum sermones, esta frase está

tomada de los griegos, la cual decían de aquel que hablaba mucho.

Quid rerum, nótese este modo de hablar que tenían los latinos, usando del genitivo cuando querían significar la abundancia ó aprecio de alguna cosa, como cuando el mismo Terencio dice en el Andria: Di boni, boni quid porto!

Sed video eccos quos volebam. CLIN. O Jupiter! ubinam est fides? Dum ego propter te, errans, patriâ careo demens, tu interea loci Conlocupletasti te, Antiphila : et me in his deseruisti malis : Propter quam in summâ infamiâ sum, et meo patri minùs obsequens : Cujus nunc pudet me et miseret, qui harum mores cantabat mihi, [lere. Monuisse frustra; neque potuisse unquam ab hac me expel Quod tamen nunc faciam : tum, cum gratum mihi esse potuit, nolui : [licet, Nemo est miserior me. S. Hic de nostris verbis errat vide- Quæ hic sumus locuti. Clinia, aliter tuum amorem, atque est, accipis : Nam et vita est eadem, et animus te erga idem, ac fuit, Quantum ex ipsâ re conjecturam fecimus. CLIN. Quid est, obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium est Quod malim, quàm me hoc falsò supiciarier. S. Hoc primum, ut ne quid hujus rerum ignores : anus, Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit : Ea obiit mortem, hoc ipsa in iunere alteræ Dum narrat, fortè audivi. CLIT. Quænam est altera? S. Mane; hoc, quod cæpi, primum enarrem, Clitipho : Post istuc veniam. CLIT. Propera. S. Jam primum omnium, Ubi ventum ad ædeis est, Dromo pultat fores : Anus quædam prodit; hæc ubi aperuit ostium, Continuò hic se conjecit intrò : ego consequor : Anus foribus obdit pessulum, ad lanam redit. Hic sciri potuit aut nusquam alibi, Clinia, Quo studio vitam suam, te absente, exegerit,

Interea loci, entretanto. Tum nolui, no quise entonces, cuando me pudo traer cuenta hacerlo. Alteræ, á la otra. Mane, déjame contar primero esto que he comenzado. Pultat fores, llama á la puerta. Continuò hic, al punto se metió este allá dentro : yo voy tras de él. Obdit pessulum, echa el pestillo, y vuelve á hilar...

Alteræ, ~oz antigua de alteri. Pultat, por pulsat.

Ubi de improvise est interventum mulieri.
 Nam ea res dedit tum existumandi copiam
 Quotidianæ vitæ consuetudinem :
 Quæ, cujusque ingenium ut sit, declarat maxumè :
 Textentem telam studiosè ipsam offendimus,
 Mediocriter vestitam veste lugubri,
 Ejus anuis causâ, opinor, quæ erat mortua :
 Sine auro ; tum ornatam ita uti quæ ornantur sibi,
 Nullâ malâ re esse expolitam muliebri :
 Capillus passus, prolixus, circum caput
 Rejectus negligentè : pax ! *CLIN.* Syre mi, obsecro
 Ne me in lætitiâ frustra conjicias. *S.* Anus
 Subtegmen nebat : præterea una ancillula
 Erat : ea texebat unâ, pannis obsita,
 Neglecta, immunda illuvie. *CLIT.* Si hæc sunt, Clinia,
 Vera, ita uti credo, quis te est fortunatior !
 Scin' tu hanc, quam dicit sordidatam et sordidam ?
 Magnum hoc quoque signum est, dominam esse extra noxam
 Cùm ejus tam negliguntur internuntii :
 Nam disciplina est eisdem, munerarier
 Ancillas primùm, ad dominas qui affectant viam.
CLIN. Perge, obsecro te, et cave, ne falsam gratiam
 Studeas inire : quid ait, ubi me nominas ?
S. Ubi dicimus redisse te, et rogare, uti
 Veniret ad te : mulier telam deserit
 Continuò, et lacrymis opplet os totum sibi :
 Ut facilè scires desiderio id fieri sibi.

Ubi interventum, cuando la cogimos de repente, de manos á boca. *Dedit tum*, nos dió ocasion de juzgar de su ordinario modo de vivir. *Ipsam offendimus*, la encontramos á ella misma. *Studiosè*, con mucha curiosidad. *Ejus anuis*, creo que por aquella vieja. *Nullâ malâ re*, estaba sin ningun afeitè mujerial, el cabello suelto, tendido, rodeado á la cabeza, al desgaire. *Pax!* no hay que temer. *Anus*, la vieja hilaba trama. *Unâ*, juntamente con ella. *Pannis obsita*, llena de harapos, puerca, zarrapastrosa. *Sordidam*, asquerosa y sucia. *Tam negliguntur*, cuando tienen tan mal traje los que traen y llevan los recados. *Qui affectant*, los que quieren tener entrada con las amas, es regla ordinaria regalar antes, etc. *Ne studeas*, no quieras ganar falsas albricias...

Anuis, genitivo en vez de *anís*.
Pax, esta es una interjeccion griega, que sirve para interrumpir la conversacion de otro, ó para im-

ponerle silencio, ó á sí mismo el que habla, dando á entender que basta con lo dicho.

CLIN. Præ gaudio, ita me di ament, ubi sim nescio :
 Ita timui. *CLIT.* At ego nihil esse scibam, Clinia.
 Agedum vicissim, Syre, dic, quæ illa est altera ?
S. Adducimus tuam Bacchidem. *CLIT.* Hem ! quid Bacchidem !
 Eho, sceleste, quò illam adducis ? *S.* Quò ego illam ? ad nos scilicet.
CLIT. Ad patremne ! *S.* Ad eum ipsum. *CLIT.* O hominis impudentem audaciam !
S. Heus tu : non fit sine periculo facinus magnum et memorabile.
CLIT. Hoc vide : in meâ vitâ tu tibi laudem is quæsitum, scelus !
 Ubi si paululum modò quid te fugerit, ego perierim.
 Quid illo facias ? *S.* At enim. *CLIT.* Quid enim ? *S.* Si sinas, dicam. *CLIN.* Sine.
CLIT. Sino. *S.* Ita res est, hæc nunc quasi cum... *CLIT.*
 Quas, malum, ambages mihi
 Narrare occipit ? *CLIN.* Syre, verum hic dicit, mitte : ad rem redi.
S. Enimvero reticere nequeo : multimodis injurius
 Clitipho es, neque ferri potis es. *CLIN.* Audiendum herele est : tace.
S. Vis amare, vis potiri, vis, quod des illi, effici :
 Tuum esse in potiundo periculum non vis : haud stultè sapis,
 Si quidem id sapere est, velle te id, quod non potest, contingere.
 Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sunt.
 Harum duarum conditionum nunc utram malis, vide :

At ego, bien sabia yo que no habia que temer. *Heus tu*, no se hace sin riesgo una fechoria de marca mayor, y digna de que se hable de ella. *In meâ vitâ (id est, contra meam vitam)*, á riesgo de mi vida, malvado, vas tú á ganar honra, en donde al menor descuido que tengas, quedaré yo perdido. *At enim*, sí, pero... *Quid*, ¿qué pero?... *Si*, déjame hablar. *Ita res*, ello es como digo está... ahora... como... con. *Quas malum?* ¿qué diantres de rodeos empieza ahora á contarme ? *Mitte*, déjate de rodeos ; vamos al asunto. *Multimodis*, por muchos caminos quieres enfadarme, y no hay quien te sufra. *Vis effici*, quieres que se agencie para regalarla. *Haud stultè*, no eres tonto ; si es ser discreto querer, etc...

Etsi consilium, quod cepi, rectum esse et tutum scio.
Nam tua apud patrem amica tecum sine metu ut sit, copia est:
Tum quod illi argentum es pollicitus, eadem hac inveniam
viâ:

Quod ut efficerem, orando surdas jam aureis reddideras mihi.
Quid aliud tibi vis? *CLIT.* Siquidem hoc fit. *S.* Siquidem?
experiundo scies.

CLIT. Age, age, cedo istuc tuum consilium, quid id est? *S.*
Assimulabimus

Tuam amicam hujus esse. *CLIT.* Pulchrè! cedo, quid hic fa-
ciet suâ?

An ea quoque dicetur hujus, si una hæc dedecori est parum?

S. Imò, ad tuam matrem deducetur. *CLIT.* Quid eo? *S.*

Longum est, Clitipho,
Si tibi narrem, quamobrem id faciam: vera causa est. *CLIT.*
Fabulæ!

Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc mihi expe-
diat metum.

S. Mane: habeo aliud, si istud metuis, quod ambo confi-
teamini

Sine periculo esse. *CLIT.* Hujusmodi, obsecro, aliquid reperi.
S. Maximè.

Ibo obviam hinc: dicam, ut revertantur domum. *CLIT.* Hem!

Quid dixti? *S.* Ademptum tibi jam faxo omnem metum,

In aurem utramvis otiosè ut dormias.

CLIT. Quid ago nunc? *CLIN.* Tune? quod boni est. *CLIT.*
Syre, dic modò

Si quidem, ya... con tal que hagas esto... ¿Con tal que haga esto?
por la experiencia lo sabrás. *Pulchrè*, muy bien: dime ¿qué hará
este de la suya? por ventura diremos que tambien es de él. *Nihil
satis firmè*, no hallo un motivo sólido por el que me convenga
exponerme á este riesgo. *Mane*, espera: tengo otro medio. *Hu-
jusmodi*, discurre por tu vida una cosa así.... *Maximè*, mucho
que la discurriré. Saldré á su encuentro. *Ut dormias*, para que
duermas sin miedo á pierna suelta. *Quod boni est*, lo que con-
viene: una bagatela...

Quod boni, hemos traducido esta
expresion literalmente, y atendido
al sentido. La palabra *bagatela*

quiere decir: *ahí es nada, una
friolera*. Nuestra lengua es riqui-
sima de expresiones agudas y vivisi-

Verum. *S.* Age modò: hodie serò ac nequidquam voles.

CLIT. Syre, inquam. *S.* Perge porrò, tamen istuc ago.

CLIT. Verum hercle istuc est: Syre, Syre, inquam, heus,
heus Syre!

S. Concaluit: quid vis? *CLIT.* Redi, redi. *S.* Adsum, dic
quid est?

Jam hoc quoque negabis tibi placere! *CLIT.* Imò, Syre,

Et me, et meum amorem, et famam permitto tibi.

Tu es judex: ne quid accusandus sis, vide.

S. Ridiculum est istuc me admonere, Clitipho,

Quasi istic minor mea res agatur, quàm tua.

Hic si quid nobis fortè advorsi evenerit,

Tibi erunt parata verba; huic homini verbera.

Quapropter neutiquam hæc res neglectu est mihi;

Sed istum exora, ut suam esse adsimulet. *CLIN.* Scilicet

Facturum me esse, in eum jam res rediit locum,

Ut sit necesse. *CLIT.* Meritò te amo, Clinia.

CLIN. Verum illa ne quid titubet. *S.* Perdocta est probè.

Sed, heus, tu, vide sis, ne quid imprudens ruas.

Patrem novisti ad has res quàm sit perspicax:

Ego te autem novi, quàm esse soleas impotens.

Inversa verba, eversas cervices tuas,

Gemitus, screatus, tusseis, risus abstine.

Age modò, haz ahora lo que te digo: para tí hoy será tarde, y en
vano será quererla despues. *Perge porrò*, sigue: no te canses, que
yo hago esto. *Concaluit*, le picó (esto lo dice aparte Syro). *Verba
parata*, para tí habrá un buen sermon, y para esta personita una
zurribanda de azotes. (Aquí hay una paranomasia que no puede ex-
presarse en castellano.) *Perdocta est*, está bien instruida. *Impru-
dens ruas*, no te precipites en alguna cosa sin querer. *Quàm im-
potens soleas*, que desapoderado sueles ser. Abstente de equivo-
quillos, de meneos de cabeza, suspiros, gargajillos, toses y risitas...

mas para el dialogismo festivo y
chistoso, y el que no supiere este
estilo mediano y popular, y por otra
parte no se revistiere de los carac-
tères de los personajes, no podrá
traducir las gracias y sales que con-
tiene esta escena, la cual está ani-
mada de un vivísimo dialogismo,

que expresa las costumbres é inte-
reses de los que le componen.

Screatus es propiamente la accion
de mondar el pecho cuando la linfa
impide hablar claramente. Hemos
traducido gargajillo, porque en cas-
tellano no tenemos palabra que de-
note esta accion.

CLIT. Laudabis. *S.* Vide sis. *CLIT.* Tutemet mirabere.
S. Sed quàm citò sunt consecutæ mulieres!
CLIT. Scio, apud patrem: at nunc interim... *S.* Nihilo magis.
CLIT. Sine. *S.* Non sinam, inquam. *CLIT.* Quæso paulisper.
S. Veto.
CLIT. Saltem salutare. *S.* Abeas, si sapis. *CLIT.* Eo.
 Quid istic? *S.* Manebit. *CLIT.* O hominem felicem! *S.* Ambula.

Mulieres consecutæ, nos han alcanzado las mujeres.

Veto, habiendo dicho Clitiferon arriba tu es *judex*, Syro, haciendo de juez y tribuno, dice. *Veto*. Véase en los Ritos, Tribuno.

ACTUS TERTII

SCENA I.

CHREMES. MENEDEMUS.

C. Lucescit hoc jam: cesso pultare ostium
 Vicini? primùm ex me ut sciat sibi filium
 Redisse: etsi adolescentem hoc nolle intelligo.
 Verùm cùm videam miserum hunc tam excruciarier
 Ejus abitu, celem tam insperatum gaudium,
 Cùm illi nihil pericli ex indicio siet?
 Haud faciam: nam, quod potero, adjutabo senem,
 Ita ut filium meum amico atque æquali suo
 Video inservire, et socium esse in negotiis;
 Nos quoque senes est æquom senibus obsequi.
M. Aut ego profectò ingenio egregio ad miserias
 Natus sum, aut illud falsum est, quod vulgò audio

Lucescit hoc jam, ya va amaneciendo. *Cesso pultare?* ¿y me detengo en llamar á la puerta del vecino? *Tam excruciarier*, en tanto grado se aflige...

Cesso pultare ostium. Va Cremes de mañana á dar noticia á Menedemo de cómo ya ha vuelto su hijo de Asia, de lo cual Menedemo se alegra en gran manera, y

piensa condescender mas en adelante con su hijo, de lo cual le disuade Cremes.

Excruciarier, en lugar de *excruciar*.

Dici, *Diem adimere ægritudinem hominibus*;
 Nam mihi quidem quotidie augescit magis
 De filio ægritudo: et quantò diutius
 Abest, magis cupio tantò, et magis desidero.
C. Sed ipsum foras egressum video: ibo, alloquar.
 Menedeme, salve: nuntium adporto tibi,
 Cujus maxumè te fieri participem cupis.
M. Numquidnam de gnato meo audisti, Chreme?
C. Valet, atque vivit. *M.* Ubinam est, quæso? *C.* Apud me domi.
M. Meus gnatus? *C.* Sic est. *M.* Venit? *C.* Certè. *M.* Clinia Meus venit? *C.* Dixi. *M.* Eamus, duc me ad eum, obsecro.
C. Non volt te scire se rediisse etiam; et tuum
 Conspectum fugitat, propter peccatum: tum hoc timet,
 Ne tua durtia illa antiqua etiam aducta sit.
M. Non tu ei dixisti ut essem? *CH.* Non. *M.* Quamobrem, Chreme?
C. Quia pessumè istuc in te atque in illum consulis,
 Si te tam leni et victo esse animo ostenderis.
M. Non possum: satis jam, satis pater durus fui. *C.* Ah!
 Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis,
 Aut largitate nimià, aut parsimonià:
 In eandem fraudem ex hac re atque ex illà incidet.
M. Ita me di amabunt, faciat quod lubet:
 Sumat, consumat, perdat: decretum est pati,
 Dum illum modò habeam mecum. *C.* Si certum est tibi
 Sic facere, illud permagni referre arbitror,
 Ut nescientem sentiat te id sibi dare.
M. Quid faciam? *C.* Quidvis potiùs, quàm quod cogitas;
 Per alium quemvis ut des: falli te sinas
 Technis per servolum: etsi subsensi id quoque,
 Illos ibi esse, et id agere inter se clanculum.
 Syrus cum illo vostro consurrat: conferunt
 Consilia adolescentes: et tibi perdere

Diem adimere, que el tiempo quita las pesadumbres á los hombres. *Ut essem?* ¿como estaba? esto es, cuán afligido. *Vehemens*, extremado eres en las dos cosas, Menedemo, ó por demasiada condescendencia, ó por severidad; en el mismo escollo darás por este camino y por aquel. *Si certum est*, si estás resuelto. *Etsi subsensi*, aunque he oido que están en ello y tratan entre sí en secreto. *Adolescentes conferunt*, los dos jóvenes comunican entre sí sus intenciones...